dicitur Camollia et iter ad eam esset inimicis agrestius quasi castrum quod de novo nomine in perpetuum appellabitur Castellacia quod futurum erat certissime divinantes et apponentes manganos circa illud munierunt ipsum undique foveis et ligneis hedificiis.

Interim cum turrim in strata francigena sitam inciderent Florentini ecce senenses facientes quoddam penitus incivile eiecerunt de opere operarios turpiter remunerantes eosdem. Florentini vero scientes non expedire diferre nec esse utile periculum incurrere propter moram in ictu non expectantes novissimam tubam armis induti insurrexerunt adversus eos et defendentes captos quos senenses ceperant ad predictam turrem per vim cessaverunt ipsos a loco. et licet durasset per diei partem fortissimum bellum acie tamen superveniente militum ultima